

conf. & *Wittenii Diar. Biograph.* ad A. 1624. Neque etiam nostri est instituti, conquisita magno numero à summis Theologis, *Calovio, Quenstedio, Moebio* aliisque (à laudatis enim laudari vera demum laus est) *Affelmanno* tributa elogia testimoniave transcribere. Non tamen præterire possum *Celeb. Dn. D. Mayeri* iudicium, cui in *Disp. de Nimia lenitate Phil. Melancht.* 1695. in Acad. Kil. hab. & nuperrimè *Gryphisvald.* recusa p. 5. *singulare decus non Rostochii tantum sui, sed universæ Ecclesiæ* audit. Convertimus nos potius ad recensionem *Scriptorum Affelmannianorum*, ex quibus magna ejusdem judicari merita possunt. Sunt verò ea duplicis generis, quædam enim polemica extant, quædam exegetica, in suum quæque Tomum à *B. D. Moebio* distributa & 1674. edita sub Tit: *Syntagma Exercitationum Acad. &c.* quod continet *Dispp. & Tractatus 47.* longè itaque auctius illo, quod ipse olim *Affelmannus* 1623. edidit, *Syntagma, de Articulis fidei maximè inter Lutheros, vanos, Pontif., Calv. & Photinianos controversis*, quippe quo 30 saltem materiæ continentur, recensitæ à *Wittenio* in *Memoriis Theoll. renov. Dec. II. p. 204.* f.

In Tomo polemico seqq. continentur: I. *Miscell. select. de Theol. de Script. S.* de tribus libris DEI & distinctione Decal. *Rost. 4. 1621, II. de Scriptura S.* quæ est prima in *Syllabo Disp. Theoll. de præcipuis quibusdam Relig. Christ. capitibus*, ab ipso *Affelmanno* publicato *Rost. 4. 1612. & 1620*, forte etiam teste *Mart. Lipenio* in *Bibl. real. Theol. Hamb. 1612.* Continet autem Syllabus iste *Dispp. de Script. S.* de DEO, qua unus, de DEO, qua trinus est, de Christo, de creatione, de Baptismo, de S. Coena, juxta seriem LL. *Theoll.* à *Moebio* *Syntagmati* insertas; III. *Septas illustrium Q. de Script. S.* 1618, IV. de DEO, qua unus est, 1612. V. de Deo, qua trinus est, 1612. VI. De Christo, 1612. VII. *Illustriores Quæstiones de persona Christi*, 1614. VIII. *Aphorismi de Unione duarum in Christo nat. hypost.* 1616. IX. de *Communi- catione duarum in Christo naturarum & idiom. hypost.* 1617. X. *Censura censurae Lampadianæ, sive invicta assertio doctrinæ catholicæ de Omnipræsentiâ Christi secundum naturam ejus humanam pro D. Phil. Nicolai, adversus M. Jo. Lampadium*, 1610. 1615. XI. *Apolo- gia de Omnipræsentiâ Christi secundum humanam naturam, c. Jo. Lampadium*, *Disputationibus ejus apol.*, quas habet in libro de consiliis, opposita, 1615. XII. de *Descensu Christi ad inferos*, 1616. XIII. de *Spiritus S. persona*, 1620. XIV. de *Creatione*, 1612, 1620. XV. *Nosce te ipsum h. e. de homine ejusq; conditione primogenia; seu, ut Mabius Titulum posuit: de Statu integritatis ante lapsum*, 1620. XVI. de *Peccato in genere & in specie*, *Disp. inaug. pro Doct. Præs. Lubino*, 1610. XVII. de *Pecc. in Spir. S.* 1612. XVIII. de *Prædestinatione*, sub Tit. ad doctrinam de *Prædest. synoptica & thetica manductio*, 1614. XIX. de *Jullif. hom. peccatoris coram DEO*, 1611. XX. *Pentadeecas theorematum theoll. de sanctissimo Christi merito*, 1615. XXI. de *Ecclesiâ*, 1617. XXII. de *Perseve-*

ran-